Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26449
Copyright: Admont, Benediktinerstift



39

quis · ignoscas illi · Sed ne putetis fieri · quia facienda sunt cottidie adulteria · et elemosinis cottidianis mundanda sunt · ad illa scelera maiora non sufficiunt cottidiane elemosine ut ea mundent · Aliud est ubi uitia mutes · aliud est ubi coleres uitia · Iam uitia da · ut si melius eras · noli esse melius · Si fornicator eras · noli fornicari · si homicida · noli esse homicida · Si ibas ad mathematicos · et ad ceteras pestes sacrilegas · iam desine · Arbitraris hec nisi fieri desinant cottidianis elemosinis posse mundari · Illa dico cottidiana peccata · que plurigia facile committunt · ut est ubi durum · aut aut in labis aliquis in risu immoderatus · aut in huiusmodi mugas cottidianas · in ipsis concessis peccat sunt · Cum ipsa uxore si excedatur concubendi modus · parendis liberis deditus · iam peccatum est · Adhoc enim ducit uxor · Nam id ecclesiastice tabule indicant · ubi scribit liberorum parendorum causa · Quando tu ut uxore amplius quam necessitas parendorum liberorum uoluerit · ita peccatum est · Et ipsa talia peccata cottidiane elemosine mundant · In ipsis alimentis que utique concessa sunt si forte excedis modum · et amplius accipis quam necesse est · peccas · Cottidiana sunt ista que dico · si iam peccata sunt · Vt sint leuia quia plura · Quia uero cottidiana et plurima · timenda est ruina multitudinis · et non magnitudinis · Talia peccata dicimus fieri cottidianis elemosinis posse mundari · Et facite elemosinas et molite ces